beatus thesaurum istum in vasis fictilibus quia cum videntur divine pietatis floribus sic facta
le spinarum aculeis lilium profert [illegible] dilectus sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias An non erat inter spinas qui dicebat Cum hiis qui oderunt
pacem eram pacificus Ceterum et si iustus germinat sicut lilium sed non ad lilium spon
sus pascit nec in singularitate complacet sibi Audi denique inter [illegible] lilia commorantem
ubi inquit duo vel tres congregati sunt in nomine meo ibi sum in medio eorum Amat sem
per media ihesus dimicantia semper et voluntaria reprobat filius hominis dei et
hominis mediator dilectus meus michi et ego illi qui pascitur inter lilia Curemus habe
re lilia fratres extirpare spinas et tribulos et inserere lilia festinemus si quando forte et
ad nos pascendus dignetur dilectus descendere Apud mariam utique pascebatur eo quod copi
osius pro multitudine liliorum an non lilia virginitatis decus humilitatis insigne su
pereminentia caritatis Erunt tamen et nobis lilia quamvis inferiora valde sed ne inter hec
quidem dedignabitur pasci sponsus si quidem eas quas proximus actiones gratiarum devotio
inter hilaritas illustraverit ordinem intentionis puritas candidaverit confessionem in
dulgentia dealbaverit sicut scriptum est Si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix
dealbabuntur et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt Ceterum
quicquid illud est quod paras offerre marie commendare memento ut eodem alveo
ad largitorem gratie gratia redeat quo fluxit neque impotens erat deus et sine
hoc aqueductu infundere gratiam prout vellet sed tibi vehiculum voluit providere
forte enim manus tue aut sanguine plene infecte muneribus quia non eas ab omni munere
excussisti Ideoque modicum istud quod offerre desideras gratissimis illis et omni acceptio
ne dignissimis marie manibus offerendum tradere cura si non vis sustinere repulsam
munitum candidissima quidem lilia sunt nec causabitur ille liliorum amator inter
lilia non invenisse quicquid illud sit quod inter marie manus invenerit Ser
mo pulcherrimus de beata virgine maria dubitatur auctor Sermo xlix.

Ve maria gratia plena dominus tecum Miraculum fuit quod virgo peperit
mentis clamat virginis amor virtutum zelus virorum fuit omissus
Virgo sanctissima que salvatorem genuit peperit et aluit que iugiter eius
adhesit lateri que tamen diu nullo fere absfuit tempore que internum prete
ris invigilavit verbo et opibus eius sola salvatoris actuum insignia operum opera melli
flua predicantis gratia [illegible] mundum et [illegible] et zabulum divine sa
pientie [illegible] eloquia quod eis divina infusione specialiter videt [illegible] audi
vit [illegible] perpetuo retinuit eo apostolos [illegible] discipulos [illegible] eo
dem diligentius retinuit melius tradidit fidelius tradidit hinc est quod de ea legitur
in evangelio Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo hinc in
eius laude legitur Multe filie congregaverunt divitias tu sola supergressa es uni
versas licet enim parabolis loqueretur ad turbas licet omnia apostolis nota fecit [illegible]
eis quidem tamen credendum est preter eius [illegible] sua quemadmodum dilexisse eam per
pensius erudisse quedam omnium secretorum intimasse frequentius eam ad montem mirre
et ad colles thuris sublimasse et celum verum [illegible] sua prout [illegible] et vo
luit gloriam deificam et supercelestem revelasse [illegible] Unde iohannes in apocalipsi
De throno ait scilicet de maria procedebant fulgura et voces et tonitrua [illegible]

eia mater filii dei prophetias parabolas originaliter legislatio et mistica gesta dicta et ope
ribus exhibet fidelibus reddidit sinceras intelligentias aliis edidit ¶ Hec maria
a natura reverenter conservatur et a lege diligenter veneratur a gratia clementer est pre
electa quare sic pro factis sua iura sigillatim reddidit reddendo sibi subdidit et hono
res vite aliis impenderet et insuper nomen quoddam superadderet natura siquidem
illi summe virginitatis florem lex soli virginee fecunditatis honorem gratia divine
maternitatis prerogativam ac specialis nominis dignissimum reservavit natura enim
naturam quod suum est illibatum virgine servando lex reverentiam eam ab aliis disting
uendo gratia virginitatem sine semine fecundando natura verbis loquendo ne accessus
dei eam integritate servaret et de ea deus nature intrinsecaret dicens ad serpen
tem Inimicitias ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et semen illius
lex dei eam ab aliis distinguendo clamaret Mulier que suscepto semine pepere
rit munda erit septem diebus gratia Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui natura huic dedit deus terram sine germine pa
reret in principio lex dei rubus ardet sine incendio gratia dei sine semine pariet
virgo In hac enim habitavit pater et filius eterni in mundo imperator in regno pa
terfamilias in domo pontifex in templo sponsus in thalamo prius enim altissimus
sibi enim quasi mundum specialissimum creavit quam in iustitia et sanctitate coram ipso fun
daret et fluentis sapientie irrigaret et celestibus desideriis instar [illegible] stabili
maret et igne dilectionis accendendo illustraret hunc in eius mente tamquam
in quodam firmamento solem posuit mentis et lunam serene et virtutes tamquam
stellas spei credendo solem qui luce divine cognitionis fuerit lunam que cum stellis
intellectationis splendidum reddidit et meritis digne est terra quippe super maria
fundavit eam Creato igitur mundo volens instaurare regnum imperavit angelo mis
sus est igitur angelus gabriel a deo Spiritus sanctus superveniet in te et virtus
altissimi obumbrabit tibi Ita paterfamilias domum intravit in qua quasi nostre
habitum suscepit quem obtulit deo patri pro salute generis humani in ara crucis sa
crificium quasi pontifex in templo suum pergit sanctorum sed quia oportebat pati prius
et resurgere et ita intrare in gloriam suam oportebat ad gregem propriis repa
rari humeris ovem centesimam oportebat populum qui ambulabat in tenebris lu
cem magnam contemplari mundum predicationis sue et miraculorum [illegible] irra
diaveret descendens itaque de patre luminum speciosus forma pre filiis hominum in de
cus stola candida investitus tamquam sponsus de thalamo processit ad
publicum quemadmodum sol in sphera oriens in vespere artifex latuit in ipse opus diurnum
regi prepararet vesper dei in mentis sublimitate vulneraret sydus dei tamquam stel
la illustraret fines orbis artifex igitur exornando oriens de ea nascendo sol mun
dum ab errore quiescendo et eam aliis in exemplis prebendo // De gemma
re de qua tot talia et tanta referimus pauca iam pro nobis sunt esse videntur hec e
nim scala ubi iacob vidit sydus virga vellus thalamus porta ortus aurora hec
est enim scala iacob quam sub capite in lapide posuit angelos ascendentes et descen
dentes vidit [illegible] Scala ista duodecim gradus habet inter duo latera dextrum
latus est contemptus sui usque ad amorem dei sinistrum contemptus mundi usque ad amo

vem videt regni Ascensiones huius xii humilitatis gradus primus est odium pro-
prii 2us est fuga delicti 3us metus odii 4us in omnibus hys subesse parati vus obedire melio-
ri vius obtemperare compari viius despicere inferiori viiius subesse sibi ixus infirme
sui iugiter meditari xus opera sua semper vereri xius cogitationes suas humiliter
confiteri xiius per oculum ad manum ad metum ad librum dominum movere Per hos gradus
ascendunt angeli et sublimantur homines et disponunt in corde ascensiones sensim pro-
ficiendo et pedetentim ascendendo sic in domo patris lucidas percipiunt mansiones
hii sunt duodecim apostoli qui sequuntur et terunt vestigia domini Ihesu Christi ¶ Rubus qui
visus est ardere sine incendio virginem significat conceptum de spiritu sancto absque inte-
gritatis sue detrimento rubus ad quem non est Moyses ausus accedere ante de
virgine donavit sine naturali opere mirabiliter parere in dinino hebreorum visione in hu-
mili arbustulo asserit traditum ne plus occasione aliqua laboret ad ydolatriam
Inhibuit virguncula mirabilis nobis exhibita est visio in qua nulli de fornica-
tionis vel munda fuit occasio fornicatio siquidem triplex est alia est humana
quedam est mundana quedam divina humanam fit illicito actu mundanam per eo
affectu divina scelerato cultu prima peccatur in proximum 2a in seipsum 3a in deum prima
fuit carnis immunditia 2a mundi concupiscentia 3a ydolatrium Maria contra hec tria
singula adhibuit remedia Contra carnis immunditiam virginitatem contra mundi con-
cupiscentiam perfectam humilitatem contra ydolatriam perfectam caritatem fuit enim mater
mundissima carne humillima corde devotissima mente ¶ Archas duas legimus
fuisse in veteri testamento unam archam diluvii aliam archam testamenti In no-
vo autem testamento tres fuerunt alie prima archa est ecclesie 2a gratie 3a sapientie licet
enim prima veteris testamenti in typo fieret prime novi et 2a in typo precesserit secunde
novi 3a non sicut excellenter omnibus est dissimilis ita nulli penitus est comparabilis
Siquidem archa noe significat archam ecclesie archa federis archam gratie scilicet sancti-
tatem scilicet matris per sapientie archam intelligimus humanitatem Ihesu Christi sanctissi-
mam hanc enim merito archam sapientie dicimus nuncupari in qua omnes thesauri sapi-
entie et scientie sunt absconditi sapientie inquam excellenter in qua habitavit omnis ple-
nitudo divinitatis corporaliter Archa enim noe significat archam gratie scilicet excellentiam
matris sicut enim per illam omnes diluvium evaserunt sic per istam patri mansio-
nem Illam noe ut diluvium evaderet fabricavit istam Christus qui est pax mun-
di et requies ut humanum genus redimeret sibi preparavit per illam octo anime tan-
tum salvantur per istam omnes ad eternam vitam que per octonarium numerum signa-
ta est veniunt per illam paucorum facta est liberatio per istam humani generis
salvatio Illa centum annorum fabricata est spatio in ista omnium virtutum fuit perfectio
Illa facta est de lignis longitudinis ista de virtutibus edificata est complementis Illa superfi-
ciem aquis diluvii ista non sensit naufragium ullius viri ¶ Triplex quidem
diluvium est primum fuit aquarum inundatio 2m vitiorum inundatio 3m tribulationum
oppressio primum igitur est aquarum 2m culparum 3m oppressionum In primo perdun-
tur homines in 2o virtutes in 3o voluptates primum quasi naufragium patitur de vita
in penarum diluvium patitur inducunt in eternam dampnationem penarum infernalium et re-
dit sic infernus hic incipit alibi perficitur in aliud vivo eterno supplicio utrumque

attenditur per archam noe celestem euadimus a primo per archam gratie a 2° per archam sapientie a 3° Siquidem per archam celestem viciorum fit extinctio per archam gratie
virtutum reparatio per archam sapientie summi boni delectatio fit enim in archa penitentie con-
fessio in confessione remissio et viciorum extinctio sic enim factum est inter deum et homines
reconciliatio deinde data venia subsequitur gratiarum virtutum infusio hinc sequitur
iusticie perfectio huic autem succedit archanorum celestium contemplatio in qua aut
invenitur quedam celestis suauitas et diuina quedam dulcedo et perfecta boni et perseverans
delectatio Triplex igitur est diluuium primum superatum aliud aduersitatum 3m malum
inter de primo per naturam dicitur In diluuio preteriti consummationem faciet ac si diceret si
diluuium viciorum super hos cepit habundare nolite de illis desperare quia super quos non
dare permittit iusticiam super illos faciam habundare gratiam hinc dicitur per prophetam
In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans diluuium ergo prius venit
et et dominus tunc consummationem faciet quia dominus electos suos in vicijs lapsibus et vicio
rum temptationibus permittit ad tempus affligi et humiliari et deinde remouet per suprapo-
nens claritatem postea trahit ab eo sublimari sic in eis nutriens perfectam delec-
tationem hinc est illud propheticum venies usque babilonem et ibi liberaberis ibi
redimet te dominus de manibus inimicorum tuorum Et illud ysaye Ad punctum in modico
dereliqui te et in miserationibus magnis congregabo te Consummationem ergo deus
faciet preterito diluuio quia de profundo viciorum suos deus vult erigere quos po-
nit in virtutum culmine et illustrat contemplationis radio De 2° dicitur in canticis can-
ticorum Aque multe non potuerunt extinguere caritatem nec flumina obruent illam
hinc per psalmistam de hijs qui aduersitatibus fatigantur et temptationibus suc-
cumbunt dicitur In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt de hoc quoque
diluuio deus suos eripit iuxta illud apostoli per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum dei Item fidelis deus qui non patietur vos temptari supra id quod
potestis sed faciet cum temptatione exitum ut sustinere possitis Et illud in ozee In
tribulatione sua mane consurgent ad me Et psalmographus multe tribulationes
iustorum et de omnibus hijs liberauit eos dominus De 3° dicitur in Job apprehendet
quasi aqua eum inopia nocte eum opprimet tempestas primum igitur diluuium est
viciorum deinde diluuium tribulationum deinde diluuium miserie et tenebrarum
primum est peccati 2m mundi 3m inferni primus fit oblectamento 2s inquietatione tem-
pore 3s perpetua tormento hinc in euangelio de bonis piscatoribus via
calcantibus temptamentis superantibus eterna tormenta vitantibus dicitur Elegerunt bo-
nos in vasa sua malos autem foras miserunt Archa vero gratie genus ixferunt quia
per eam confirmamur et eius filium utrumque diluuium euasimus Archa quoque tes-
tamenti typum tenet sancte dei genitricis Illam fecit beseleel istam condidit ema-
nuel beseleel obumbratio interpretatur habuit virgo virginum condidit perfectam mun-
dam preparatam et ornatam per spiritum sanctum et eius operatione filius fuit beseleel inter-
pretatur umbra dei obumbrat protectione mea per ille spiritus sanctus iste non typum tenet si-
cut de illo dicitur ad mariam in conceptione filij Altissimi virtus Altissimi obumbrabit
tibi Item ad ioseph noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est
de spiritu sancto est Iste vero ad primum clamat in psalmo protege me a facie impiorum

qui me affligebat. Item de eodem: De ventre matris mee tu es protector meus. Item
tamquam prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Beseleel ergo cum socio ar-
cham testamenti fabricavit, similiter quoque trinitas virginem sibi sanctificavit
ac templum sanctissimum consecravit, hospitiumque mundissimum sibi preparavit. Thala-
mum quoque de speciosis sponsus pre filiis hominum speciosus ad publicum procedebat decenter por-
navit, neque enim pater abesse potuit ubi eum spiritus et filius reparari voluit. Quamquam enim
pater facit hec eadem, similiter et filius facit, neque enim filius potest a se facere quicquam
nisi quod viderit patrem facientem. De spiritu quoque legitur in libro psalmorum: Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Apostolus quoque de tribus personis in-
quit: Ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, ipsi gloria. Pater ergo in consecratione virginis
exhibuit claritatem, filius humilitatem, spiritus sanctus caritatem. Pater lumen exhibuit ra-
tionis, filius [illegible] humilitatis, spiritus sanctus oleum delectationis. Pater exhibuit potentiam,
filius sapientiam, spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem [illegible] patrem, fili-
us humilitatem quoad mundum, spiritus sanctus caritatem ergo deum et proximum. Filius mentis
mortificationem, spiritus sanctus devotam compunctionem. Pater celestium contemplationem. Filius
docuit eam divina operari, spiritus sanctus amare et amari. Pater celestia contemplari,
filius credidit (?), spiritus eam provehit. Pater eam perfecit, filius eam purificavit, spiritus eam
purificavit, pater eam honorificavit. Hec diversis operibus vel donis trinitatis non divido, sed fi-
delis inseparabilia assero, sicut enim in essentia unitas, ita in operatione permanet (?).
¶ Archa vero testamenti de lignis sethim facta est et Maria de spinosis et hispi-
dis iudeorum [illegible] et auro [illegible] est, qui utique spinosis detractione, hispidus
suspicione, aridus fuit [illegible] divine gratie. Unde spinosis spineam [illegible] re-
gi suo exhibuit et in omnibus sicut lignum in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spi-
ne. Aliter Eva spina, rosa Maria. Fecerit Eva spina fuit que et nunc sua ad
mortem pupugit et posteritati sue per aculeum infixit. Unde apostolus: Per u-
num hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors et sic in omnes pertransiit. Ligna
vero sethim patres fuerunt qui licet in iudea arui(?) fuerint, arbores spinis [illegible]
hentes in adventu salvatoris, tamquam peregrini et incole in hoc mundo habitabant tam-
quam nihil habentes et omnia possidentes. Castigabant enim vitiis et concupiscentiis corpo-
ra sua. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Unde [illegible] ait: Conversus sum
in erumpna mea dum configitur spina. Ad commendationem vero gratie sic et ad destruc-
tionem humane sapientie deus de terra sed de virgine descendente de spinosis patrum
origine dignatus est carnem assumere ut florem sibi redderet [illegible] cur [illegible]
et pestiferam spinam evelleret. Per [illegible] potentissime delet hu-
[illegible] per sexum femineum commendatur gloria virginis et maiestas ostenditur per
omnium gratiam [illegible]. Eva ergo spina fuit, Maria rosa extitit. Eva spina vulne-
rando, Maria rosa omnium affectus mulcendo. Eva spina infigens cunctis mortem, Ma-
ria rosa reddens omnibus salutiferam sortem. De lignis [illegible] spine [illegible]
[illegible] unde scribitur de carnali mente eius fluxus (?) [illegible] concupiscentie que in ipsis et
in adam peccatum actuale in posteris originale transfudit. De hoc vero apostolus inquit cla-
mat: [illegible] spiritus autem vivificat, ac si diceret: per unum hominem mors et per
unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam omnes moriuntur ita et

in xpo omnes vivificabuntur. Maria autem ipsa fuit candida per virginitatem rubi-
cunda per caritatem candida carne rubicunda mente candida virtute sectando rubi-
cunda vicia calcando candida affectum purificando rubicunda actum carnalem mortificando
candida deum diligendo rubicunda proximo compatiendo. De lignis vero sethym conditum
est archa in qua thuribulum, manna et virga fuit recondita quia hec maria de pu-
tris naturis per peccatum viciatam duxit originem preelecta in per spiritum sanctum et mun-
data ad partum deum nobis protulit. Hoc thuribulum sacrosanctum carnem signat
salvatoris que aurea dicitur quia nullum passa est detrimentum pudoris agnus sine
macula qui peccatum non fecit nec est dolus in ore eius de quo per prophetiam dicitur
eloquium Ecce puer meus electus posui super eum spiritum meum. Carbones thuribuli
sunt opera ihesu xpi carbones isti aliquando mortui aliquando vero sunt ignei quia in salvatore
nostro mortem propria tollerabat humanitas, miracula propria faciebat divinitas. Ignis in car-
bone divinitas est incandescens in opere. Ignis in primis accendens est indicans divinitas
carbo mortuus in presepe iacens, ignis demonia expellens, mortuus in egyptum
fugiens, igneus vendentes et ementes eiciens de templo eiciens, mortuus
dormiens in navi, igneus imperans ventis et mari, mortuus subditus pare-
ntibus, igneus quatuor saciens hominum milia de septem panibus, mortuus ad pu-
teum iacob in itinere fatigatus potum [petens], igneus cecum a nativitate illuminans cecum et sanans
leprosum. Carbo erat mortuus dum a dyabolo temptaretur, igneus dum ei ab
angelis ministraretur, mortuus in proditione discipuli, igneus in filio reguli, sopi-
tus ante presidem, igneus cum [illegible], sopitus dum ei illuderet herodes, ig-
neus dum mortuorum suscitator magnificus fieret, sopitus dum ei acetum cum felle mix-
tum propinaretur, igneus dum de eo decem leprosi mundarentur, sopitus dum a iudeis se
absconderet, igneus dum cum publicanis et peccatoribus ederet, sopitus dum ambu-
laret super undas, igneus dum ex aqua facto vino letificaret convivas, sopitus
iacens in cunabulis, igneus fulgens in miraculis, sopitus ante tribunal presidis,
igneus in filia archisinagogi, sopitus in cruce, igneus in monte. Prune ergo mor-
tue carnis humanitatis xpi, ignite divinitatis miracula. || Sermo ad ab-
bates venientes ad cisterciense capitulum. Sermo xliiii.

Vidi mare magnum in quo utique iterum est non aliud quam presens seculum
amarum intelligo quod tribus hominum generibus suo cuique modo pervium est ut transeant
liberum. Tres enim sunt noe daniel et iob quorum primus
navi, 2us ponte, 3us vado pertransit. Per istos tres homines tres ordines ecclesie significantur.
Noe quidem archam rexit ne periret diluvio ubi prelatorum forma agnoscitur rec-
torum. Daniel vir desideriorum abstinentie et castimonie deditus ipse est soli deo
vacans penitentium et continentium ordo. Iob quoque substantiam huius mundi bene dis-
pensans in coniugio fidelem designat plebem terrena licite possidentem. || De pri-
mo igitur et 2o nobis habendus est sermo quia assunt venerabiles fratres et ab-
bates non de uno plurimum assunt et monachi de penitentium ordine a quo nec et
nos abbates alienos non reputare debemus nisi forte quod absit officium nostri gra-
tie professionis immemores. Tercium igitur coniugatorum videlicet ordinem magis
sufficiente tractatum minus ad nos pertinentem. Ipse est qui mare magnum vado